

**2133** Nervisiae BONON. Ex cella vinaria coenobii, nunc abbatiae Narvisiensis ducta in castrum S. Salvatoris cura abbatis Vinciguerrae e comitibus Collalti et in aedium eius vestibulo collocata COLETUS similiterque CORTENOVIS, PULIERI.

RAGONIAE · P · L  
TERTVLAE

Bononius syll. f. 24, ant. l. 1 f. 34 (inde Lazzari apud Calogera 40, 357); Coletus inscr. Tarvis. n. 24; Cortenovis ms. p. 103 ex epistula abbatis Ioh. Dominici (Coleti, opinor); Pulieri p. 211 (cf. p. 153. 216); *Giornale sulle scienze e lettere delle provincie Venete* vol. 3 (Tarvisii 1822) p. 90. 1 RAGONIA Pul. — 2 TIRTVLAE Bon. (ant.).

**2134** Tarvisii ad fontem Olivium in domo Serravallia BURCH.

C·TERENTIVS·D·L  
CHILO·V·S·F

Bononius ant. l. 1 p. 24; Burchelatus epit. p. 185 (inde Grut. 924, 5), hist. p. 499.

1 D·L Bon. Burch. (hist.), D·F Burch. (epit.).

**2135** rep. (Tarvisii) in fundamentis domus Ghettorum ad pontem Mussolinorum; nunc Trivignani di Campagna apud Crespanos COLETUS. Altini SCOTIUS.

SVAVI·AN·XXII

Mur. ms. 18, 224 ab Ant. Scoto Tarvisino; Coletus inscr. Tarvis. n. 21 (inde Pulieri p. 216).

I · L · I · I · I · I · I · A · E Col.

**2136** Tarvisii ad Rhoam in domo Bononia olim Hieronymi poetae domicilio BURCH. Ibidem adhuc, *vicolo della Roggia, calle de' Dotti*.

M · VILONIO M  
ANTIOCO L

Contuli. Burchelatus epit. p. 189, hist. p. 502 (inde sine dubio Mur. 1421, 4 ex schedis suis); *Giorn. di Treviso* 1741 p. 13; Ioh. Henr. Scoti mon. Tarv. f. 186, Pococke p. 126 n. 2; Coletus inscr. Tarv. n. 9 vix de lapide; Pulieri p. 211. Iunge M. Vilonio M. l. Antioco. Cf. n. 2120.

**2137** Tarvisii in domo Solica BURCH.; in via S. Martini in domo Bonifatii de Rovero in muro atrii IO. HENR. SCOTI. Extare negat PULIERI.

M · S  
V L P I A E  
M · F  
MACEDONIAE  
5 VLP · MACEDONIA  
ET · MAGN · SEMNVS  
FILII

Burchelatus epit. p. 185 (inde Grut. 748, 2), hist. p. 500; Ioh. Henr. Scoti mon. Tarv. f. 187, qui vidit, sed vix descripsit de lapide; Coletus inscr. Tarv. n. 13 a prioribus omnino.

2 VOLPIAE Scoti. — 5 VOLF Scoti. — 5 MACEDONA Burch. Scoti.

**2138** Tarvisii ad Rhoam in altera domo olim Hier. Bononii.

N N I  
R M E I  
VDIA · F  
AE · C

Burchelatus epit. p. 189, hist. p. 502.

1 datur quasi integer esset.

**2139** Tarvisii ad Rhoam in domo Bononia BURCH.

ITVRO  
GVLVS

Burchelatus epit. p. 189, hist. p. 502; Pococke p. 126 n. 1.

1 .. ITVRIO Poc.

**2140** Tarvisii ad S. Stephani in aedibus Bethignolae.

O R A T . .  
V S Q . . A . .

Burchelatus hist. p. 500.

**2141** ad Roncade rep., extat Venetiis in museo seminarii ad Salutem.

IBIA

Descrip. Ed. Moschettini *chiesa della Salute* p. 105.

**2142** arca Mogliani inter Tarvisium et Mestre ad ecclesiam.

. . . RENVS · PATER · POSVIT

Filiasi mem. ed. 2 vol. 2, 224.

XXVIII. ALTINVM (Altino). Tribu Scaptia. Venezia.

Ex antiquis, id est saeculi XV auctoribus quid quisque descripserit Venetiis, nec certo sciri potest nec quod non potest magni interest, cum tituli et propter rerum tenuitatem et propter originis ambiguitatem exiguam utilitatem habeant. Equidem a me adhibitos simpliciter enumeravi paucisque monui, si qua peculiaria observavi. Cyriaco non attribui nisi qui in ipsis commentariis leguntur, quos primi habent Marcanova Felicianusve, complexus sub nomine Antiqui.

I. CYRIACUS quae descripsit Venetiis, ea leguntur in commentariis iis quibus explicavit itinera a. 1435 et 1436, de quibus supra egimus vol. III p. 271. Locum Cyriacus in commentariis his plerumque non indicat accuratius; quam ob rem cum auctores de quibus mox dicemus easdem inscriptiones referre soleant cum indicationibus locorum plenis, princeps eorum aut ipsas denuo viderit necesse est aut pleniore Cyriaci exemplo usus sit.

II. MARCANOVA in codice Bernensi n. 419—440 proponit seriem Venetam multo ampliorem Cyriacana, sive aliunde eam auxit sive deprompsit ex pleniore sylloge Cyriaci ipsius. — Quae plus habet Marcanova in Mutinensi, ea omnia apertum est petiisse eum ex Feliciano.

III. FELICIANUS quas habet Venetas libro Marciano f. 41', Veronensi f. 98, earum tres ex codice Tarvisano f. 201 constat eum accepisse ab Antonio Leonardo Veneto in epistula scripta III non. Oct. a 1457; de reliquis idem valet quod diximus de Marcanovanis. Falsam unam n. 126\* sine dubio confinxit ipse Felicianus.

IV. FERRARINUS hic quoque totus pendet ab syllogis quas habemus, scilicet in Traiectino descripsit Veneta ex Feliciano, in Regiensi adiecit n. 17—29 ex Marcanova. Quapropter ad lectionem eius raro attendi.

V. LILIUS hoc proprium habet, quod in Venetis quoque, sicut alibi observavimus (vol. III p. 4), proxime accedit ad commentarios Cyriaci et quaedam refert in his servata neque in syllogis aliis reperienda. Habet tamen etiam titulos syllogarum vulgariarum videturque Veneta compilasse tam ex Cyriacanis illis quam ex earum aliqua; unde etiam explicatur, quod titulum n. 2205 bis dedit diverse. Falsam Feliciani n. 126\* proponit recensione diversa.

VI. GAMMARUS quae habet Veneta f. 81—83 vulgaria sunt Marcanovana sive Felicianana; at f. 35 habet epigramma Venetum n. 2199 aliunde, item f. 112 similiter ac Lilius epigramma falsum Feliciani.

VII. REDIANVS liber, qui scriptus est ab Al. Strozza Venetiis, syllogen Venetarum proponit omnium huiusce aetatis plenissimam f. 51—54 n. 1—58; insunt in his Cyriacani tituli et Antiqui, sed item alii ex aliis syllogis minutis deperditis ipsive lapidibus petiti neque ita pauci ab hoc solo auctore servati. — Ad Redianum proxime accedunt in Venetis certe codices duo ALCIATI (hodie apud Feam) et GUELFERBYTANUS GUDIANUS n. 253 f. 16 sq.; sed habent pauca, quae desint in ipso Rediano ceteroquin multo ampliore. Ea sola allegavi ex Alciato; Gudianum autem totum excussi, nam in Venetis versus recte divisit et praestat Rediano, quantum pervenit.